

minus admittantur : nullum tempus impo-  
rtunum est, quo minus audiantur. Deum im-  
mortalē quantas curas pectoribus ingerunt?  
quot mentem perturbant in somnijs : quot la-  
trocinia fumum venditantes cōmittunt? quā  
diris calamitatibus vrbes implicant, omni fe-  
re labe his ex fontibus manante? nam quum  
assiduis criminibus dicta factaque singulorū  
clam inuisa regi faciant, irritant ipsius animū  
& mox ad crudelitatem impellūt. Extemplo  
venit ī opinionem leuis crudelis sanguinarij  
principis: quę nomina ( quam maxime fieri  
potest) a magno & præclaro principe fugien-  
da sunt: siquidem non paucorum ciuium, sed  
omnium populorum odium & inuidia cōtra-  
huntur. An vero quos tibi putaris insidiari,  
supplicijs supremis afficies vniuersos? at hi  
quum sint potentiores, multisque cognatio-  
nibus & affinitatibus muniantur, mordebūt  
frenum: vt dicitur, ac periculum periculo p/  
pulsabunt. CÆS. Hactenus existimaui mul-  
to maximas in quouis genere flagitiorū cle-  
mentia partes concedendas esse. Caterum  
vbi nimia lenitate mei animi scelerum impu-  
nitas in meum caput recidit, opinor maiore  
in huiusmodi casibus vitæ rationem oportere  
re haberi, quam opinionis vulgi cum in om/